Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



304

carnem uerberata. - educuntur animę in argento confessionis lucidę. - & auro puritatis splendide: sublata omni infirmitate peccati;
Lacerata ē aegiptus in profectione eorum. - quia incubuit timor eorum sup eos; Cohabitante enim luce. - non poterant opera tenebrarum excercere: Quia omnis qui male agit odit lucem.
Expandit nubem in protectionem eorum. - & ignem ut luceret eis per noctem; Nubem & ignem spm scm dicit. - quinos & abaestu diei defendit. - & in nocturnis tenebris illuminat; Petierunt carnem & uenit coturnix. -
& hac enim cotornice saciatus israel nausiatur; Vnde cauendum ē. - nequ sentit liberum ex aegipto inluminatum abspū scōrum sumdesiderta ollas egipti. - id est
# concupiscentias carnis quae genuerunt. fit uitam;
Quia aperuit petram & fluxerunt aquę; & abierunt in sicco flumina;
Percussus ē enim ille lapis praeciosus angularis. -
& in mensis nobis protulit fontes. - quinostros errores abluunt & ariditatis inrigant; Qnm memor fuit uerbi sci sui. - quod habuit ad habraham puerum suum; Impleuit eum non de seminibus. - sed de semina eius. id est de xpo promissionem suam; Nandis natus ex uirginis ia mortem deuicit mortem. - per quem nunc quod abrahę promissum erat in spe ecclesia suscepit in specie; & eduxit populum suum in exultatione. - & electos suos in laetitia;
Semper enim uiatores ac liberi cantacum in laetitia & exultatione concelebrant. - sicut moses. maria uel deborae; & dedit eis regiones gentium. - & labores populorum possiderunt. Animas scas & corpora. - in quibus prius peccatum regnabat; Vt custodiant iustificationes. - & legem eius requirant; Vt cum iustitia uiuant. - & mistoria legis diligenter intellegant